



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio quadragesimaquarta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. II. Distinctio. XLIII.

Deus potest ipsum remittere & homo ex quo in statu vię est potest per liberum arbitrium ad remissionem preparamare, sed ideo dicitur irremissibile, quia in se non habet aptitudinem ut remittatur, immo potius continet id quod contrarium est remissioni, quod patet tripliciter, primo ex causa peccandi sic, illa causa quae nullo modo peccatum excusat, nec in toto, nec in parte, sed potius aggrauat, reddit ipsum ut irremissibile, sed causa ex qua procedit peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi, ergo &c. Maior patet, cum enim causa ex qua peccatum excusat peccatum a toto, vel a tanto, sicut ignorantia, vel violentia passionis, eo quod ista aliquo modo tollunt vel minuant voluntarium, ex quo homo faciliter ventam consequitur, & peccatum efficitur facilis remissibile. Vnde A post de seipso dicit. i. ad Tira. i. misericordiam confecutus sum, quia ignorans feci & per oppositum cum causa peccati nullo modo peccatum excusat, sed potius aggrauat, peccatum illud potest dici aliquo modo irremissibile. Minor similiter patet, ignorantia enim & infirmitas excusant in aliquo peccatum, sed malitia vel industria ex qua peccatum in spiritum sanctum procedit omnem excusationem tollit, & per consequens tollit aptitudinem ad remissionem.

<sup>3</sup> Secundum patet idem sic, illud peccatum tollit aptitudinem ad remissionem quod reddit hominem vix penitentem, quia ad remissionem peccati requiritur penitentia peccantis, sed peccatum quod committitur ex certa malitia, ut est peccatum contra spiritum sanctum reddit hominem vix penitentem, ergo &c. Maior patet, sed minor probatur, quia qui peccat per ignorantiam, ita ut ignoratio sit causa peccati transiente ignorantiam ponit, ut appetet ex. Ethic. si enim non penitit, ignorantia se habuit ad actum cōsiderandum, sed non cauſa iter, tunc enim ignoratio est sit causa peccati quando homo non peccaret si non ignoraret, si quo cauſa celiante ignorantia est ac penitendum, similiiter incontinentis qui peccat ex passione, transiente passione ponit, ut patet. 7. Ethic. sed intemperatus & qui cung peccat ex electione quod vocatur peccatum ex certa malitia, quantum est ex modo peccandi natus est semper immanere sua electione, ut ibidem dicitur, quia non peccavit per ignorantiam, nec impulsus passione, nec subito motu, sed sc̄iēt & eligens, & talia nata sunt durare. Ideo peccans ex electione impotensius est & insanabilis, quantum est ex conditione peccati, quare peccatum in spiritum sanctum & omne peccatum quod est ex certa malitia, quod est in corporalibus, sic est suo modo in peccatis, nam peccatum est quodam infirmitas spiritualis, sed in corporalibus illa infirmitas dicitur incurabilis, quae repellit remedium curatio- nis, puta quae generat fatiscum medicinae que posset curare morbum, ergo in peccatis illud potest dici irremissibile quod repellit remedia remissionis. Tale autem spiritualiter est peccatum in spiritu sanctum, ut patet ex precedente questione, ergo &c. Per hoc tamē non excluditur misericordia & potentia Dei via remittendi talia peccata, quae potest omnem languorem corporalem & spiritus lenare pro libito.

<sup>7</sup> A dūo prima argumenta patet solutio, non enim peccatum in spiritu san. dicitur irremissibile simpliciter & Deus remittere non possit, aut quia homo non sit susceptibilis talis remissionis si Deus eam facere vellet. Deus enim cuiuscunq; imponenti potest dare quod peniteat, neq; dicitur irremissibile, quia confirmet totaliter in malo, sed quia excludit quantum est de se aptitudinem ad remissionem ex parte causae peccati, & ex parte modi, & ex parte obiecti, ut declaratū fuit, iuxta quem sensum intelligendū est illud quod in contraria arguitur ex verbo Mat. 12. quod non remittetur, &c. quamquam secundum sententiam Chrysostomi, illud peccatum dicatur non remitti in hoc seculo nec in futuro, quia pro eo puniti sunt in praesenti per Romanos, & postea in inferno.

<sup>8</sup> Q Y O D arguitur postea quod pro omni peccato remissibile est orādū. Dicendum quod beatus Iohannes.

## Quæstio I.

105

negat quin pro peccante ad mortem orandum sit, sed innuit quod oratio cuiuslibet fratris non sufficit, unde quod premissemus qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat & dabitar ei, subiunxit est peccatum ad mortem, non dico ut pro illo ore quis supple sub promissione prius facta, scilicet quod detur ei vita merito orationis cuiuslibet fratris, immo oportet quod sit valde magni meritū, & quod ad hoc concurrat specialiter Dei gratia, sic potest conuenienter dici, quanvis illud dictum Iohannis secundum quandam expositionem gloste, intelligatur de omni peccati mortali, sed illud omittatur, quia est praeferendum.

## DISTINCTIO XLIII.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

P ost predicta considerare dignum est. Superius derminauit Magister de peccato. Hic vero determinat de potentia peccandi. Et dividitur in partes duas. Primo determinat suum intentum. Secundo continuat se ad cōsequencia. Secunda ibi, jam nunc in intelligendū. Prima dividitur in duas. Primo mouet questionem circa potentiam peccandi, & solvit. Secundo incidenter mouet questionem circa obedientiam quae Prælatis debetur. Secunda ibi. Hic oritur questionis. Hac est sententia & divisionis in generali.

<sup>2</sup> IN speciali sic procedit Magister. Et quærit primū, utrum potentia peccandi sit a Deo. Et respondet quod quādam dicunt quod non est a Deo, sicut nec ipsa mala voluntas. Magister vero determinat quod omnis potestia a deo est etiā potestas peccandi: omnis etiam potestas iusta est. Vnde diabolus non habet potestatem peccandi nisi a Deo. Postea quærit, cum omnis potestas sit a Deo, utrum omnis qui resistit potestati semper peccet. Et respondet quod non est obedientium potestati contra Deum. Vnde si plus res diuersa præcipiant semper superioribus obedendum est. Ultimò continuat se ad sequentia, & dicit quod in libro tertio intentio est de his quae ad verbi incarnationem mystérium pertinent. Et in hoc terminatur, &c.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum potentia peccandi sit a Deo.

C irca distinctionem istam primo quæritur, utrum potentia peccandi sit a Deo. Et videtur quod non, quia perfectior est potentia coniuncta actu, quam separata, sed Deus non est causa potentiae peccandi, ut est coniuncta actu, ut dictum fui supra dicitur, ergo nec est causa eius, ut est separata ab actu, & ita nullo modo.

<sup>2</sup> Item si potentia peccandi inesse nobis a deo, aut esset potentia naturalis, aut libri arbitrii, aut gratiae, sed a deo potest esse potentia pura naturalis, quia talibus nec meremur nec demeremur, nec lib. arb. quia sicut dicit Anselmus de libero arbitrio posse peccare, nec est libertas, nec pars libertatis, nec gratia quia gratia inclinat ad oppositum peccati, ergo nulla potentia peccandi inesse nobis a deo.

<sup>3</sup> IN contrarium est quod dicit Augu. quod voluntas est qua peccatur, & recte vivitur, sed voluntas inesse nobis a deo, ergo &c.

<sup>4</sup> Item Philosophus dicit in libro Topicorum qu. i. quod potentia malorum boni sunt, sed omne bonum est a deo, ergo potentia peccandi vel malefaciens est a deo.

<sup>5</sup> R E S P O N S I O . Quum actus iudicet potestiam, sicut actus peccati duo includit, scilicet actū & defectum debitam restitutinam, sic potentia peccandi, ut sic accepta duo dicit, scilicet principium actū, eo quod est potentia, & quod possit deficere, quod est peccare. Et hoc supposito dicitur quidam quod potentia peccandi quoad primū (scilicet quod est quidam natura principians actū) est a Deo, quia omne quod quoquo modo participat naturā entis positivū, oportet quod reducatur in Deum tanquam in causam primā, ipsa eriam si accepta eadem est principium actus ordinari & inordinati, propter quod sicut potentia recte agendi est a deo, sic & potentia peccandi. Quantum ad secundum, scilicet quantū ad defectibilitate non est a deo, nec directe, nec indirecte, quod probat supponendo secundum dictum Damasceni quod talis defectibilitas inesse

CC 3 rea

### Magistri Durandi de

rei ex eo quod est ex nihilo, tunc sic illud quod conuenit rei secundum se non caufatur in ea ex alio faltem direcete & per se. Sed rei creatae inest per se quod ex nihilo, quia si sibi relinquantur, nihilum est, ergo esse ex nihilo non inest creatura a deo faltem per se & directe. Item nec indirecete, ut eo modo quo Deus dicitur causa priuationis gracie (quia gratiam non confert) dicatur similiter causa quod creature sit ex nihilo, quia non est, contulit creature quod non sit ex nihilo, quia nihil est causa aliquius defectus, etiam indirecete, nisi res sit capax opposite perfectionis, sed res creatae non est capax huiusmodi perfectionis, scilicet quod non sit ex nihilo quem oppositum insit ei ex se ut dictum est, ergo Deus non est causa quod creature sit ex nihilo, iam indirecete, sed per hoc inest rei defectibilis ut supponunt, ergo &c.

6. Sed hic videtur esse multiplex defectus. Primus est, quia accipitur quod creature ex se habeat quod sit ex nihilo, hoc enim non est verum, quod pater resumendo breuerit ea quae dicta sunt supra, dist. i. quest. 4. scilicet quod creature non dicitur fieri vel esse ex nihilo materialiter vel in ratione subiecti, nec ordinabiliter, seu ratioe termini, sed negativi solum, quia sit, vel est non de aliquo supposito ex parte facti. Hoc autem habet creature a Deo & non ex se, quod probatur, primo quia illud quod est causa aliquius affirmationis est causa negationis per se & immediata consequentis ad affirmationem, verbi gratia, illud quod est causa quod aliquid sit alium est causa quod non sit nigrum, sed Deus est causa creature, & secundum omne quod est in creature, ad quam affirmationem sequitur per se & immediate ita negatio, scilicet quod creature non sit, nec sit de supposito ex parte facti, qui si aliquid supponeretur, non totum produceretur, ergo Deus est causa quod creature sit, vel sit non de aliquo, sed solum sub hoc sensu dicitur fieri, vel esse de nihilo ut dictum est, ergo &c.

7. Secundum, quia tota ratio qua mouet ad ponendum quod creature habeat ex se, & non ex alio quod sit ex nihilo, est quia creature si sibi relinquantur cedit in nihilum, & nihil est, sed illud magis concludit oppositum quod propositum, quia illud quod est causa effectiva & conservativa entitatis rei per suam insufficiencia, est sufficiens causa non entitatis eiusdem rei per subtractionem sue insufficiencia, ut pater inducendo in omnibus, sed Deus per suam insufficienciam est causa effectiva, & conservativa totius entitatis cuiuslibet creature, ergo ipse solus per subtractionem sue insufficiencia est sufficiens causa totalis non entitatis creature, nec oportet dare causam positivam, sed negativam, scilicet Deum non influere, quia effectus non est positivus, sed pure negativus, scilicet creaturam que prius fuit modo non est omnino. Sed & illud mirabilius est quod dicitur quod creature de se non est ens, vel nihil, quoniam enim haec prepositio dicat causam aliquam, hic non potest dicere causam formaliter, scilicet quod creature formaliter sit nihil, immo certe formaliter ens, & aliquid, nec materialem scilicet quod creature sit subiectum nihili, quia nihil est totalis negatio, quae non potest habere subiectum, nec finalia, quia tantum finem quod illud quod est ad finem oportet habere rationem entia & boni quod de nihilo habetur vel dici non potest, nec efficientem, quia nihil non habet causam efficientem, sed deficientem, quae est eadem respectu entis efficientio, & respectu nichil efficientiam subtractione ut declaratum est, quare nullo modo copiet creature de se quod sit non ens vel nihil, sed sive sit ens, sive definit est & cedat in nihil, totum est a Deo influente, vel influentiam subtractente. Et ita patet quod ratio prima nihil concidit. Secunda eriam falsum assumit, scilicet quod nihil est causa aliquius defectus etiam indirecete nisi res sit capax opposite perfectionis. Vnde videmus quod Deus caufando animus in tali gradu causa est quod animus deficit ab hoc quod est esse rationalem, & tamen alius non est capax rationalitatis, & idem est in propposito.

8. Secundus defectus est, quia supponitur quod defectibilitas electionis inest rei ex eo quod est ex nihilo, dicit enim iuxta sententiam Damasi, quod creature ex nihilo copiet duplex veritatis in nihil, scilicet inesse naturae, & secundum electionem. Primum fieret, si res totaliter annihi saretur secundum sit quum peccatur, quia secundum Augustinum nihil est, & ideo quum peccatur electio peccantis

### Sancto Porciano

veritur in nihil. Sed istud non videtur sufficere, quod enim creature ex hoc quod est ex nihilo modo quo expositum est sit veritabilis in nihil, quod negat totale entitatem satis est clarum ex his que dicta sunt, quia ex eo quod Deus totum quod est in creature producit nullo supposito, & productum conservat, relinquuntur quod substracta insufficiencia eius nihil remanet, quod vocatur creaturam verti in nihil, sed quod ex eodem habeat quod sit veritabilis in nihil secundum electionem peccando non video, quia non solum iste veritabilitates sunt in creature, sed quaedam aliae sicut homo veritabilis est de visu in cecitate, & omnes res corporales de entitate in non entitate per corruptionem, que tamen non annihilatur totaliter, & omnes huiusmodi versiones sunt in nihil, sicut versio electionis in peccatum. Peccatum enim dicitur nihil, quia est quaedam priuatione, omnes autem praedictae versiones sunt ab habitu in priuationem ergo filialis ratio videtur esse de omni mutabilitate creature ab habitu in priuationem quod insit creature ex eo quod est de nihilo, quod ramentum communiter non dicitur.

9. Item esse ex nihilo si sit causa omnium veritabilium sive veritatum invenitum ab habitu in priuationem, aut est causa immediata & proxima, aut remora, non potest dici quod sit causa immediata & proxima, quia posita causa immediata & sufficiens ponitur effectus, sed esse ex nihilo conuenit qualiter omni creature, ergo si esse ex nihilo est in mediata causa omnium veritabilium, omnes veritabilitates cibet creature competenter. Hoc autem est falsum, quodam enim sunt creature quibus non copiet veritabilitas corruptionis, ut colum & substantia separata, quodam quibus non competit veritabilitas electionis, ut creaturis irrationalibus, & sic de aliis, ergo esse ex nihilo non est causa immediata omnium veritabilium. Si autem sit causa remora & mediata, per eam non poterit sufficienter assignari ratio dictarum veritabilium. Dicere ergo quod defectibilitas electionis insit creature, ex eo quod est de nihilo multum insufficienter est dictum.

10. Tertius defectus est quantum ad principalem conclusionem, quia ponunt quod potentia peccandi quatuor ad defectibilitatem non est a Deo, hoc enim non est verum, quod pater sic defectus qui non habet rationem mali plus potest caufari a Deo, quod ille qui habet rationem mali, sed defectus qui habet rationem mali caufatur a Deo, malum enim paret a Deo est, ut probatum fuit supra dist. i. quest. i. ergo fortiori ratione defectus qui non habet rationem mali, talis autem defectus est possibilis deficiendi in eligendo, non enim est culpa, alioquin homo semper peccaret, nec pena, quia fuit in statu innocentiae, in quo nihil fuit penale, sed est purus defectus naturae creature intellectus, quae non contingit perfectione naturae in creature, in qua nullus potest esse defectus, nec in cognoscendo, nec in eligendo, nec tam est defectus est malus, quia non tollit aliquam perfectionem creature debitan, ergo possibilis deficiendi in eligendo est a Deo. Ita sicut prius arguebat, idem est iudicium de omni possibilitate deficiendi quod sit a Deo, vel non, sed contra quod possibilis deficiendi per corruptionem est in creaturis corporalibus a Deo, ergo pari ratione possibilis deficiendi in eligendo erit a Deo. Maior pater. Sed minor probatur, quia ordo universalis est per se intentius a Deo, requirit autem ordo universus, quod quaedam deficere possunt, & quandoque deficiunt, alioquin non saluentur, plantae enim vivunt terra ad sui nutrimentum, animalia vero plantis, homines vero plantis & animalibus. Et in his corruptio vniuersus ordinatur ad conservationem alterius ex ordine nature & divina institutione que habetur Gen. &c. cap. quare &c.

11. A D primum argumentum dicendum quod in bonis potentia coniuncta actu perfectior est quia separata ab actu, sed in malis est imperfectior, quia & malum imperfectio quaedam est. Et si dicatur perfectior, hoc erit per similitudinem sicut perfectio transferitur ad mala (ut dicitur, meta.) & ita maior est falsa, minor etiam falsa est, non enim dictum fuit supra, dist. i. quest. i. quod Deus non sit causa potentie peccandi ut est coniuncta actu, sed quod non est causa immediata ipsius actus, & ideo ipse actus malus non potest ei imputari ad culpam.

12. Ad secundum dicendum quod potentia peccandi est poter-

potentia liberi arbitrii, & quod dicit Ansel. quod posse peccare non est libertas, nec pars libertatis. Dicendum quod Anselmus intendit quod nō est essentiale libertati posse peccare, alioquin Deus qui peccare non potest, non est lib. arb. non negat tamen quod potentia libe. arb. in creaturis non sit potens peccare, aut quod posse peccare non sit cum libertate.

## QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum prælatio & quæcunque potestas dominandi sit à Deo.

**S**ecundum quæritur vtrum prælatio & quæcunque potestas dominandi sit à Deo. Et videtur quod non, quia à Deo sunt ordinatae sunt ut dicitur ad Rom. 13, sed in prælatione vel autoritate dominandi inuenitur mala de- ordinario (ut pote quod puer dominatur seni, sicutus fa- pienti) ergo talis prælatio vel dominatio non est à Deo.

**2** Itē Oſec. 8, dicitur, ipsi repugnauerunt, & non ex me.

**3** IN contrarium elli, quia in angelis bonis & in homi- nibus pro statu innocentiae nihil fuisse, nisi quod esset à Deo institutum, sed in angelis beatis est prælatio, fuisse etiam in statu innocentiae, ergo &c.

**4** Ad idem est quod dicitur ad Rom. 13, quod qui potest resistere, Del ordinazione resistit, quod non esset nisi prælatio & dominatio essent à Deo ordinata, ergo &c.

**5** R E S P O N S I O. Videntur fuit duo. Primum est, quod principaliter quæritur, scilicet vtrum omnis præla- tio sit à Deo. Secundum erit, vtrum prælatio fuisse in statu innocentiae, quia hoc implicatur in argumento.

**6** Q U A N T U M ad primum sciendum quod præla- tio est in hominibus ex ordinatione diuina quantū ad débitum, nō autē quantum ad eius acquisitionem, vel vtrum malum, nisi sicut dictum fuit actus peccatorum esse à Deo, supra dīst. 17, quæst. i, quod patet sic, illud quod est debitū esse in hominibus secundum rectam rationem, est debitū in eis secundum diuinā ordinationem, quia ad hoc rationem indicat hominibus, ut ipsi secundum rectam ra- tionem vivant, sed secundum rectam rationem debitum est prælationem esse inter homines, ergo illud idem debi- tum est secundum diuinam ordinationem. Major patet, sed minor probatur, quid illud est secundum rectam ratio- nem in moribus, quod est secundum conformitatem ad bonitatem, quæ est in naturalibus, quia ars imitatur natu- ram, sed ordo prælationis est secundum conformitatem bonitatis, quæ est in naturalibus, ergo &c. Minor per simile probatur, quia in naturalibus inferiora reguntur per superiora & multitudine per vnum, deniq; vniuersum ad modum exercitus ordinatur sub uno principe, ut dicatur. 12, meta. ergo &c. Item dicit Philo. i. politiorum, quod in omni pluralitate ordinata naturale est & expe- diens, quod vnum principetur, & cætera sint subiecta, ergo in pluralitate hominum debitum est & expediens quod vnum præfit, & cætera sint subiecti. In hoc autem consistit ordo & ratio prælationis, ergo prælatio est in hominibus secundum debitum rationis & diuinæ ordinationis. Dico tamen quod non semper auctor & vñus prælationis est à Deo, scilicet quando modus peruenienti ad prælationem, vel vñus prælationis iam adeptus est malus, de quo- bus intelligitur quod dicitur Oſec. 7. ipsi regnauerunt, & non ex me, & quia iudicium est de re sumendum, secun- dum quod existit cum omnibus circumstantiis, quārum bonitas requiritur ad bonitatem rei, id eo non omnis prælatio est bona, nec à Deo, nisi sicut mala sunt ab eo : & sic patet primū.

**7** D E secundo, scilicet an in statu innocentiae fuisse prælatio, dicendum quod sic, sed non secundum omnem modum. Primum patet, quia vbi in multitudine sunt ali- qui apti alios dirigere & promouere in agendis & scien- dis, alii autē apti dirigere & promoueri, ibi decet esse ordi- nem prælationis, sed in statu innocentiae, sic fuisse, ut dis- cētum est, nam vñus fuisse plus alio prædictus in lumine sapientie in speculabilibus & practicis, per quem & huiusmodi similes alii minus prædicti, dirigiri possent & promo- ueri ad bonum, quare &c. Quod autem non fuisse ibi prælatio secundum omnē modum patet. Præfert enim aliquis alteri dupliciter. Vno modo referendo eum cui

præcessit ad propriam utilitatem, & sic præest dominus ser- uo, & tyrannus subdito, & iste modus non fuisse in statu innocentiae propter duo, primum est, quia iste modus præ- cessendi alii, non est licitus nisi respectu eius quod ad ho- minem tanquam ad finem ordinatur, sic enim virtus do- minus seruo, scilicet gratia sui, & non serui, sed in statu in- nocentiae non fuisse talis ordo hominis ad hominem, nec ex gratia, nec ex natura, quia tam natura quam gratia or- dinant hominem ad Deum tanquam ad finem, non au- tem hominem ad hominem, ergo in statu innocentiae non præfuisse homo homini, tanquam dominus seruo, vel ty- rannus subdito, præfuisse tamen isto modo cæteris ani- malibus, vredo eis propter se. Post peccatum etiam talis prælatio inter aliquos introduxit est vel ex violentia, vel in quantum propter peccatum comparatus est homo iu- mentis insipientibus, & similis factus est illis. Secundum patet, quia vniuersus est amabile bonum proprium, & per conseq̄ens contritibile est quod bonum proprium tan- tum cedat alteri, sed nihil tristibile vel penale fuisse in- statu innocentiae, ergo nec prælatio, per quā bonum sub- ditus credit & ordinatur ad commodum præsidentis, talis autem est prælatio domini ad seruum, ergo &c.

**8** Alio modo præest aliquis alteri ad bonum illius qui dirigitur, vel ad bonum commune quod fit, vel directe, vel indirecte, scilicet remouendo impedimenta extrinse- ca, sicut populi a regibus defenduntur, vel infigendo pa- nas ad correctionem morum. Primus modus fuisse in statu innocentiae propter rationem prius dictam, sed secun- dus nō fuisse, quia ante peccatum nihil fuisse quod homini nocere posset, nec voluntas cuiusquam bono con- tradixisset, propter quod non fuisse opus subditos defen- dere ab impugnatione aliorum, nec ponas infigere ad correctionem morum. Patet igitur quod debitum est ex diuina ordinatione, quod inter homines fit prælatio, sed executio huius ordinationis per homines plerūq; non est à Deo, nisi sicut peccata sunt à Deo.

**9** Per hoc patet responsio ad argumentum vtriusque partis.

## QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum Christiani tenentur obedire prin- cipibus secularibus.

Tho. 2.2. q.10. ar.10.

**T**ertiū queritur vtrum Christiani teneantur obedire principibus secularibus, & videtur quod non, quia lac. 1. lex evangelica vocatur lex perfecte libertatis, quod non est, nisi liberaret ab obedientia cuiuscumq; prin- cipis secularis, ergo &c.

**2** Item quilibet potest licet recurrere ad iudicium il- lium cui tenetur obediere, sed Christianis non licet recur- rere ad iudicium principum secularium maximè si sint in fideles. Vnde Apost. reprehendit 1. Corin. 6. quosdam quæ recurrebant ad iudicem secularium infideles, ergo videtur quod Christiani non tenentur obediere principibus secu- laribus, maximè si sint infideles.

**3** IN contrarium est quod dicit Apost. ad Rom. 13. q- omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & quod loquatur de potestate seculari, patet per illud quod subditur : non enim sine causa gladium portat. Constat autem quod loquitur Christianis, quibus & scribit, ergo Christiani tenentur obediere potestati seculari. Et secundo inquiretur an legitimè subiungunt potestati secu- lariori infideles.

**4** R E S P O N S I O. Principum secularium quidam sunt fideles, & quidaū infideles, & in vtrisque deducetur quæstio vndo uno generali principio per se noto, isto scilicet, quod si Christianus legitimè subiungat potestati secu- lariori certè tenetur obediere in his ad quæ se extendit potes- tias non solum propter iram, id est, timorem poena, sed propter conscientiam, quia nō obediendo reficit Dei or- dinationi, vt dicitur Ad Rom. 13. Primo ergo ostendetur quod Christiani legitimè subiungunt potestati seculari fide- li. Et secundo inquiretur an legitimè subiungunt potestati secu- lariori infideles.

**5** P R I M U M patet dupliciter: primo sic, illud quod

est secundū dictamen recte rationis non tollitur per fidem & gratiam, fides enim & gratia non tollunt naturam fidei

ratiō

### Magistri Durandi de

rationem naturalem, sed perficiunt, sed prelatio secularis debet secundum dictam recte rationis esse in hominibus, ut pater ex precedente questione, ergo hac non tollit, à Christianis per fidem & gratiam, per quae distinguuntur ab aliis. Item ubi cuncti potest perturbari ordo iustitiae, decet aliquos esse, qui ex officio faciant hunc ordinem obseruari, sed inter Christianos cotinetur perturbari ordinem iustitiae, nō solum in spiritualibus, sed etiā in temporalibus, ergo decet aliquos esse qui ex officio faciat hunc ordinem obseruari inter Christianos, ex officio autē non habet hoc nisi ille qui p̄ficit, ynde ad Rom. 13. Vis non timere potestatē, bonum fac, & habebis laudē ex ea. Si autē malē feceris, tamen non enim sine causa glādū portar, minister enim dei est, &c. Decet ergo secundum rectā rationem, q̄ inter Christianos sint aliqui qui pr̄ficiunt non solum in spiritualibus (vt Praelati ecclesiastici) sed & in temporalibus, & hi sunt principes seculares. Patet ergo quod potestas secularis inter Christianos legitima est, cui subditus tenentur obedire in his quae ad ius talis potestatis pertinent.

¶ Q U A N T U M autem ad secundū an princeps secularis infidelis ritē possit p̄fici fidelibus Christianis, & per consequens Christiani debet ei obedere. Distinguendum est qua dominū vel relatio principis infidelis super Christianum aut p̄existit distinctionē eorū per fidē & infidelitatem, vtpote, quia subditus conuersus est ad fidē & non princeps, sicut in primitiva ecclesia passim fiebat, vel seruis conuertitur & non dominus, sicut adhuc quando sit de seruis Iudeorū, aut talis prelatio, vel dominū de nouo introducitur. In primo casu dicunt quidam quod distinctionē fidelium ab infidelibus nō tollit ipso facto p̄cedentem p̄latiōnē, vel dominū infidelium super fidēles. Cuius ratio est, quia ius diuinum quod est ex gratia nō tollit ius humanum quod est ex naturali ratione, sed p̄latio introducta est iure humano & innititur naturali ratione, vt patuit supra. Distinctio autē fidelium ab infidelibus est ex iure diuino, ergo haec distinctionē nō tollit p̄cedentem p̄latiōnē, vel dominū ipso facto, j̄mō adhuc tenentur fideles subditū obediē principib⁹ vel dominis infidelibus. Addunt tamen quidam licet ipso facto non tollatur talis dominatio, iuste tamen potest tolli per ordinationē ecclesie, qua habet autoritatē Dei, quia infideles merito sua infidelitatis meretur amittere potestatē super fideles qui transuerterunt in filios Dei, & hoc quidem ecclesia quando facit, quando autē nō facit. In illis autem infidelibus qui temporaliter subiecti sunt ecclesie, & in membris eius hoc ius ecclesie statuit, vt seruis Iudeorum factus Christianus statim a seruitute liberetur si fuerit vernacula, id est, in seruitute natus, & similiter si fuerit emptus ad seruitutem. Si autem fuerit emptus ad mercationem tenetur eum exponere intra tres mēses ad vendendum vt patet, &c. dist. fraternitatem. & extra de Iudeis & Sarra, cap. i. & vltimo, nec in hoc iniuriant facit illis ecclesie, quia cūnī Iudei sunt servi ecclesie, ipsa potest dispōnere de rebus eorum, sicut etiam principes seculares multas leges ediderunt erga suos subditos in favorem liberales. In illis vero infidelibus qui temporaliter ecclesie vel eius membris non subiacent p̄dictum ius non statuit, licet posset iuste statuere, & hoc facit propter scandalū vietandum sicut etiam dominus Mat. 17. ostendit quod potest se a tributo excusare, quia liberi sunt filii, sed mandauit tributum soli ad scandalum vitandum.

7 Horum autem primum reputo verum absolute, scilicet quod subditus principis infidelis si conuertatur ad fidem nō est ipso facto absoluī a dominio alterius, quod autem subditur, quidam iuste per ordinationem ecclesie habentis autoritatē Dei potest absoluī, quia infideles merito sua infidelitatis posunt iuste priuari potestare quam habent super fideles verum quidē est, dum tamen aliquid addatur hoc scilicet quod si princeps vel dominus infidelis non contentus sua legitimā autoritatē nititur subditum, vel seruum factum Christianum reducere ad infidelitatem, nec patitur quietum esse vt prius, sed inquietat ipsum per contumelias illatas creatori tunc ipso facto priuatur vel falsum priuari potest per autoritatē ecclesie iure quod habebat in subditum.

8 Quod patet per rationem & per simile Ratio talis

### Sancto Porciano

est, dominus inferior procurans & persuadens discessō nem a domino superiorē a quo habet totam autoritatem dominandi priuatur ipso facto vel iuste meretur priuari autoritate sui principatus vel dominii, sed princeps vel dominus infidelis qui subditum suum vel seruum factum Christianum nititur ab infidelitate reuocare & inquietare per contumelias creatori illatas est huiusmodi, suader enim discessōnem a Deo a quo est omnis potestas vt dici tur ad Rom. 13, ergo talis meretur iuste priuari autoritate sui dominii. Idem patet per simile, q̄ē enim grandis est obligatio coniugum ad iuvicem sicut est subditus ad principem vel serui ad dominum, sed si alter coniugum contueratur ad fidem altero in infidelitate permanente si infidelis non vult manere cum fidelis nisi per trahēdō ipsum ad infidelitatem, vel cum blasphemia creatoris, si fidelis ab soluitur a vinculo quo ei ligabatur, eodem modo si princeps vel dominus infidelis nititur seruum vel subditum factum Christianum ad infidelitatem reducere blasphemando creatorem, meretur amittere ius dominii quod habet super eum, vnde & in hoc casu mouent Christiani autoritate ecclesia bellum iuste contra infideles ne fidem Christi impediant blasphemis vel persuasionibus malis vel persecutionibus manifestis, & fortē hanc causam habet, etiam & iam dī habuit ecclesia de quoque conuerto ad fidem respectu cuiuscunq; principis vel dominii infidelis Sarraceni vel Iudei, quia cūnī sint obstinati in sua infidelitate probabile est, & multis experimentis comprobatum est quid quaecunque subditum vel seruum suum conuersum ad fidem niterentur reducere ad infidelitatem & ob hoc hēc conditio habetur ab ecclesia pro impleta.

9 Si autem princeps vel dominus infidelis est cōtentus sua legitima autoritate, nec niteretur subditum ad infidelitatem reducere, nec blasphemias inferret creatori, sed permitteret ipsum quietum esse vt prius, non ira euidenter appetat, quod talis princeps deberet iuste priuari autoritate & dominio quod prius habebat in subditum, quia si subditus de novo conuersit ad fidem, & non dominus, in hoc nullum nouum peccatum est domini, sed est meritum subditū, igitur infidelitas dominii non potest esse sufficientis ratio, quare mereatur amittere dominium quod prius legitime habuit in eadem infidelitate existens, sed si qua est ratio illa debet sumi ex merito serui, vel subditū, qui de novo translatus est in societatem filiorum Dei. Et ob hoc posset videri alicui quidam quod talis mereretur absolutioni a dominio principis infidelis, & ecclesia autoritate dei posset eum iuste absoluere. Sed quanvis conuersus ad fidem mereatur aliquid maius tali libertate (liberatur enim a peccato & meretur vitam æternam) non oportet tamen quid mereretur liberari a subiectione principis in fidelis, quia conuersus ad fidem ex hoc solo non meretur liberari ab eo quod nullo modo prejudicat fidei, sed subiecti principi infidieli qui contentus est sua legitima autoritate, nec nititur subditum conuersum ad fidem reducere ad infidelitatem, nec inquietat ipsum per aliquam contumeliam creatori illatas, sed patitur quietū esse vt prius, non p̄judicat, nec in aliquo derogat fidei, ergo ex sola conuersione ad fidem nō meretur quis absolui a tali subiectione. Ecclesia etiam licet habeat in terris autoritatem Dei, illa tamen non excedit limitatione scripturæ. Scriptura autem expresse conuersos ad fidem subiecti debere prioribus dominis suis, quanvis infidelibus & eis obediere, dicit enim Apost. ad Rom. 13, quid principes qui prout solum erat infideles sunt ministri Dei seruites ad laudem bonorum & vindictam malefactorum, ob quam causam dantur ei tributa, & concludit, reddite ergo omnibus debita cui tributū, tributum, cui vestigial, vestigal, vnde patet quid mandat conuersos ad fidem adhuc subiecti principibus infidelibus & reddere eas, que ratione subiectio sunt eis debita: & primus Petrus secundo cap. dicitur, subiecti estote sive regi, tanquam p̄ excellenti, sive duobus tāquam ab eo misis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei: & i. ad Timoth̄um, 6. dicitur sic, quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, & loquuntur de dominis infidelibus, vt patet ex his qui statim ibi subduntur. Ex quo patet quid scriptura non invenit

Lib. II. Distinctio. XLIII.

nuit quod serui vel subditi conuersi ad fidem possint vel  
debeant solo merito sue conuersonis absoluti a potestate  
dominorum, quanvis infideliū: immo potius videtur in-  
finiare oppositum.

<sup>10</sup> Secundō persuaderet illud sic, illicitum est quod  
infideles qui nunquam suscepunt fidem, compellantur  
ad fidem, sed si Ecclesia priuaret principem infidelem suo  
iure quod habet super subditos suos ipsiis conuersis ad fidem,  
tunc compelleret ad fidem eos per amissionem bo-  
norum suorum, qua seruis et res domini sui, & omnis  
subditus tenetur in aliquo domino suo, & hoc amitteret  
dominus, nisi conuerteretur ad fidem, sicut serui, seu sub-  
diti, ergo illicitum est hoc facere: nulla autem potestas est  
ad illicita, ergo &c.

<sup>11</sup> Tertiō sic, si alter conjugum conuerterat ad fidem  
altero in infidelitate remanente, si infidelis consentit ha-  
bitare cum fidelī absq; hoc quod pertrahat ipsum ad infi-  
delitatem, & absq; blasphemia creatoris nō solvit, nec  
solui debet vinculum matrimonii inter ipsos, ergo similia  
ter si princeps vel dominus infidelis exigit a subdito vel  
seruo facta Christiano solum illud quod pertinet ad ius  
sui dominii, nec nititur ipsum pertrahere ad infidelitatem,  
nec inquietat per blasphemias creatoris illatas non solui-  
tur, nec iuste potest solvi obligatio que prius erat serui  
ad dominum suum, vel subditi ad principē suum. Verun-  
tamen sicut dictum fuit prius, prædicta conditio forte  
pro nunc nō habet locum, nec diu etiam habuit proper  
obstinacionem infidelium, propter quam nituntur blas-  
phemare creatorē, & fideles ad infidelitatem reducere,  
ob quam causam prohibitus est conjugi conuertere ad fi-  
dem cōmanere cum illo qui remanet in infidelitate, sicut  
habetur, <sup>26</sup> quæst. 1. cap. Iudæo in fine: & cap. sap. malo-  
rum confortia, & pluribus aliis. Et ideo prædicta cōditio  
nunc habetur pro nulla & opposita supponitur vi imphe-  
ta: quia ob causam dicunt doctores, quod seruis vel sub-  
ditus conuerterat ad fidem potest per Ecclesiam absoluī a  
domino & potestate principis infidelis. Puto tamē quod  
hoc sit ex suppositione cōditionis supraposita. Sic igitur  
pater qualiter Christiani tenetur obedire dominis infide-  
libus, quando dominum præexistit distinctioni eorum  
per fidem & infidelitatem.

<sup>12</sup> De prælatione autem infidelium de novo introducen-  
da super fideles nullo modo permittit ecclesia, quod infi-  
deles acquirant dominium super fideles, aut q; eis in aliquo  
officio practicantur, & rationabiliter. Cedit enim hoc in  
scandalum & periculum fidei, de facili enim qui subdun-  
tur aliorum iurisdictioni immunitur ab eis, vt patet in  
libris Regum in pluribus locis. Infideles enim contēnunt  
fidem, quod cognoscit defectus fidelium, propter quod  
iuste prohibet ecclesia, ne tale dominium introducerat, si ta-  
men introductum fuerit, sicut quidā principes Christiani  
faciunt ex Iudeis quosdam præpositos & balios peccā-  
quidem facientes contra statutum Ecclesie. Subditi tamē  
tenentur Iudeis sic institutiis obediēre in his, que pertinent  
ad iustum exequitionem officiū talibus communis.

<sup>13</sup> A D primum argumentum in oppositum dicendum  
quod lex euangelica vocatur lex perfecta libertatis, quia  
liberat a servitute peccati, que est pesima servitudo, & ab  
omni lege veteri, quam vis, inquam aliquis portare po-  
tuit: & non quia liberat a servitute ciuilis per quam subdi-  
tus tenetur obediēre domino suo, cūm hoc sit consonum  
rationis, & meritiorum.

<sup>14</sup> Ad secundum argumentum dicendum quod maior  
est falsa. Obedire enim principi in his que ad huiusmodi  
dominium pertinet est necessitatē, trahere autem alium  
ad iudicium coram iudice infideli est voluntatis, & ideo  
primum est debitum, secundum vero nō, sed mere volun-  
tarium: vnde vbi vergit in periculum est illicitum, in quo  
cau loquitur Apostolus. Quod autē dicit Dominus Mat. 17.  
filii sunt liberi, de se loquens hoc dicit, erat enim filius re-  
gis aeterni, sicut dixerat Petrus prius. 18. cap. Tu es Christus filius Dei vnu, & ob hoc liber erat a debito tributū,  
non sic autem est de nobis nec sic erat tunc de ceteris fide-  
ibus illius temporis. Nam Dominus iusfit eos tributa sol-  
vere principi infideli, Mat. 22. dicens, Reddite que sunt  
Cæsaris Cæsari.

Quæstio IIII.

207

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum religiosi teneantur Prælati suis in  
omnibus obedire,

Tbo. 1. 2. q. 10. 4. ar. 5.

**Q**uarto queritur de obedientia religiosorum, &  
primò utrum religiosi teneantur Prælati suis in  
omnibus obedire. Et secundò cui tenetur plus religiosus  
obedire, utrum Prælato suo religioso, an Episcopo seu Pa-  
per. Ad primum proceditur, & arguitur quod religiosi te-  
neantur Prælati suis obedire in omnibus, quia in haberi  
tibus ordinem, sic se habeat primum ad secundum, sicut se-  
cundum ad tertium, sed inter subditū, Prælatum & deum  
est ordo prælati & subiectiōis, ita quod Prælatus est  
medius inter subditi & Deum, ergo sicut Prælatus tene-  
tur obedire Deo, sic subditi Prælato, sed Prælatus tene-  
tur obedire Deo in omnibus, ergo similiter subditi Pre-  
lato.

<sup>2</sup> Item sicut religiosus profitēdo votū castitatis & pau-  
pertatem, ita & obedientiam, sed religiosus tenetur serua-  
re castitatem, & paupertatem in omnibus, ergo & obe-  
dientiam.

<sup>3</sup> IN contrarium est, quia dicit Bernardus in primo li-  
bro de precepto & dispensatione, subditi ultra promis-  
sum nō est cogendus, sed nullus religiosus promittit obe-  
dire in omnibus, ergo &c.

**R E S P O N S I O.** Scendum est quod debitū obe-  
dientia religiosorum ex voto religionis configrit: per  
solum enim votum obligat se ultra communem obliga-  
tionem necessariam omnibus ad salutem: votum autem  
religionis non est ad obedientiam in omnibus, nullius  
enim religionis professo talem habet formam, sed est ad  
obedientiam secundum regulā, & legitima statuta religio-  
nis: & ideo nullus religiosus tenetur Prælato suo in om-  
nibus obedire, sed solum quoad illa que sunt expressa in  
regula, & ad statuta religionis, vel ad ea reducibilia.

<sup>4</sup> Hæc autem sunt in duplice genere, quia quedam sunt  
reducibilia per modū presuppositionis, sicut precepta ius-  
ris naturalis & diuinī. Illa enim que vouētur a religiosis  
presupponunt precepta: & ideo religiosi non solum possunt  
puniri a Prælatis suis de transgressione consiliori que vo-  
uerunt, sed etiā de transgressione præceptorū, puta si fint'  
fures, vel adulteri, perturbi vel blasphemari, & sic de aliis, nisi  
sunt talia criminis, quorum punitio superioribus referua-  
ta fit. Alia autem sunt reducibilia per modū cuiusdam  
consequentiae, sicut a que pertinent ad mutua obsequia,  
& quedam similis sine quibus bonus status religionis  
seruari non posset. Hæc sunt igitur, in quibus religiosus  
tenetur obedire Prælato suo, quia hec continentur in vo-  
to professionis expressè vel reduciū. In aliis autem non  
tenetur obedire: vnde beatus Bernardus libro de precep-  
to & dispensatione dicit sic, nihil me prælatus prohibeat  
horum que promisi, nihil plus exigat, quam promisi: si ta-  
men obediat mandatis dunataxat licet, bene facit, & est  
obedientia non necessaria, sed perfecta: si autem obediat  
in omnibus etiam illicitum, fatue facit, & est obedientia  
temeraria.

<sup>5</sup> A D primum argumentum dicendum quod prælati  
sunt mediī inter Deum & populum non quoad omnia,  
sed solum quoad illa que spectant ad ius sue prælationis,  
& in his omnibus est eis obedientiam vice Dei, iuxta illud Luc. 10. Qui vos audit me audit. Non autem in omnī  
bus simpliciter.

<sup>6</sup> Ad secundum dicendum quod castitas & paupertas  
habet determinatam materiam, circa quam sunt, nec lima-  
tantur in professione religionis. Obedientia autem ha-  
bet latissimam materiam, quia omne quod est factū pos-  
set ponī sub voto obedientiē, & quia multa sunt licita que  
nihil facerent, aut valerent ad perfectionem vite religio-  
nis, ideo votum obedientiē limitatur in singulis religio-  
nibus ad aliqua certa que magis congruent fini, propter  
quem religio infinita est, qui finis proximus variatur in  
varius religionibus.

QVÆ

Magistri Durandi de

QVESTIO QVINTA.

Vtrum Monachus teneatur plus obediare, an  
Prælato suo religioso, an Episcopo,  
po, seu Papæ.

**A**d secundum sic proceditur. Et videtur quod Monachus teneatur plus obediare Abbatii quam Episcopo vel Papæ, saltem in his que pertinent ad regulam & ad statuta suę religionis, quia obedientia religiosorum quantum ad prædicta est ex voto eorum, sed Monachus vobis ralein obedientiam Abbatii & non Episcopo vel Papæ, ergo in talibus tenetur obediare Abbatii & non Episcopo, vel Papæ.

2. Item si aliquis promittat operari in agro curati sui non propter hoc tenetur operari in agro Episcopi vel Papæ, ergo similiter si quis promittat obediere inferiori, puta Abbatii in aliquibus non propter hoc tenetur in illis vel consimilibus obediere Episcopo vel Papæ.

3. IN contrarium arguitur, quia secundum Aug. sublimior potestatis magis est obediendum, si enim proconsul iubeat unum & aliud imperator contempto proconsule obediendum est imperatori, sed potestas Episcopi sublimior est potestate Abbatii, & potestas Papæ sublimior est utriusque, ergo plus est obediendum Episcopo quam Abbatii, & Papæ quam cuicunque inferiori.

4. R E S P O N S I O. Potestas superior & inferior possunt se habere duplamente, uno modo sicut quod utræq; oritur à potestate suprema, quæ ynam subdit alteri, prout vult, & tunc una non est simpliciter superior altera in omnibus, sed solum in illis in quibus præficitur alteri secundum ordinationem supremæ potestatis, sicut est de Episcopis & Archiepiscopis & de Dioecfanis & Abbatibus, quia omnium sistorum potestates procedunt à potestate Papæ, & vna subditur alteri tantum in certis casibus, prout voluntura canonica, quorum Papa est conditor. In his ergo casibus magis est obediendum superiori quam inferiori, puta Archiepiscopo quam Episcopo, & Episcopo quam Abbatii, si monasterium non est exemptum. In aliis autem in quibus unus est subditus alteri magis est obediendum Episcopo quam Archiepiscopo, & Abbatii quam Episcopo, quia in talibus inferior est Prælatus & non superior. Altero modo possunt se habere potestas superior & inferior, ita videlicet quod inferior totaliter oritur à superiori, sicut potestas proconsul à potestate imperatoris, quo etiam modo omnis potestas ecclesiastica oritur ex potestate Papæ, & tunc magis est obediendum in omnibus superiori quam inferiori, sicut imperatori quæ proconsuli, & Papæ magis est obediendum tam in secularibus quam in religiosis, quam Archiepiscopo, quam Episcopo vel Abbatii, & hoc in quibuscumq; absque villa distinctione, si veterque vtatur ritus & legitime potestas sua praecipiendo ea ad quæ sua potestas extendit, alio non. Verbi gratia, si Abbas præcipiat monacho quod seruat ea quæ in sua professione promisit, & illud idem præcipiat Papa, quanvis utriusque sit obediendum, quia in talibus quilibet religiosus est utriusque subditus, magis tamen Papæ quam alteri Episcopo vel Abbatii, quia ab autoritate Papæ dependet autoritas cuiuslibet.

5. Si vero Abbas & Papa præcipiant opposita, vterque tamen præcipit illud ad quod sua autoritas se extendit, magis est obediendum Papæ quam Abbatii. Verbi gratia, si Abbas præcipiat Monacho seruare statuta legitima sui ordinis, puta remanere in claustris ad chorum, tenere silentium & huiusmodi, Papa vero præcipiat eidem Monacho quod exeat claustrum, quia pro utilitate ecclesie vultum mittere in aliquam legationem, magis est obediendum Papæ non obstante præcepto Abbatis, quia spontanea obligatio istius Monachi ad huiusmodi statuta sui ordinis non potest prædicare obligationi qua tenetur Papa, cuius est ordinare sive procurare utilitatem universalis ecclesie, cuius quilibet secularis & religiosus est membrum, & ideo debet pro utilitate corporis moueri

Sancto Porciano

ad imperium capitatis (Papæ videlicet) nec solum est hoc verum de statutis ceremonialibus religionis, immo etiam de principalibus, tanta enim potest esse necessitas, & tanta procreari utilitas universalis ecclesie per matrimonium quod religiosus vel religiosa ad preceptum Papæ teneretur in matrimonio non obstante voto proprio vel Abbatis precepto.

6. Si autem Papa præcipiteret Monacho quod faceret ea que sunt contra suam professionem non motus aliqua necessitate vel utilitate ecclesie, sed sola voluntate & de hoc constaret, & Abbas præcipiteret contrarium, obediendum est Abbati & non Papæ, non propter hoc quod Abbas habeat maiorem potestatem super Monachum quam Papæ, aut quod autoritas Abbatis non dependet ex auctoritate Papæ, sed quia præceptum Abbatis est secundum limites sue potestatis tanquam conforme professioni per quam accipit potestatem in Monachum, præceptum autem Papæ excedet limites sue potestatis tanquam dictum cordatum à iure ditionis, & concessione Christi, quod enim tale præceptum Abbatis est secundum præceptum, sive secundum limites sua potestatis ex quo solum præcipiteret ea quæ Monachus in sua professione promisisset probare non oportet, quia de se clarum est, sed quod præceptum Papæ de contraria excedere limites potestatis eius probatur. Primo quatum ad vota principalia religiosorum, Et secundo quantum ad statuta ceremonialia.

7. De votis principalibus patet sic, de iure naturali & diuino expreto in pluribus locis facie scriptum est quod vota solvantur, sed religiosi videntur tria principaliter, videlicet castitatem, paupertatem (hoc non est habere primum) & obedientiam, ergo de iure naturali & diuino tenentur ista seruare, si ergo Papa sola voluntate absque villa necessitate vel utilitate præcipiat ista non seruari, præceptum suum est contra præceptum Dei, à quo est omnis potestas. Et ideo non est ei obediendum in hoc cau cùm scriptum sit A&C, & obediere oportet Deo magis quam hominibus. Item magis tenetur seruare castitatem & paupertatem ille qui hoc voulit, quam qui nō voulit, immo verius loquendo, primus tenetur, & non secundus. Sed si Papa sola voluntate absque villa necessitate & utilitate præcipiteret alicui volenti continere, qui tamen continentiam non voulit quod non contineret, ille non teneretur obediare, & prohibbitur, ergo multominus teneretur obediere ille qui continentiam voulit, si præcipiteret sibi quid non contineret. Minor probatur, quia concessionem superioris inferior reuocare non potest: sed Christus, qui est supremus caput Ecclesie, concessit & consiluit castitatem, seu continentiam, vt patet Mat. 19. & idem consiluit Apostolus, ad Corin. 7, ergo Papa, qui est inferior Christi, non potest alicui prohibere quin vtrum hac concessione, vt si velit continet, nisi sit alteri per matrimonium ligatus, quia talis non habet potestatem corporis sui, vt dicitur, 1. ad Cor. 7. & sic patet minor, sequitur ergo conclusio. Item, 2. ad Corin. 10. dicit Apostolus de se & ceteris Christi ministris, potestatem dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem, sed si Papa pro sola voluntate, absque villa necessitate & utilitate posset prohibere ea quæ sunt supererrogationis, quam pertinente ad perfectionem vita, tam in videntibus ea, quam in nō videntibus, hoc esset non ad ædificationem, sed ad destructionem bonorum morum, & perfectionis vita, ergo ad hoc non se extendet potestas apostolica: & ita patet quod prohibere aliquem religiosum non seruare vota principia sua religionis absque villa necessitate vel utilitate, sed pro sola voluntate excedit limites potestatis Papæ: & hoc expressè dicunt & scribunt doctores, quod aliqua sunt in quibus homo est ita liber quod contra præceptum Papa potest ea facere, vel committere, vt sunt castitas, paupertas, & similia diuina, quæ Christus fudit.

8. Secundo principaliter patet idem de statutis ceremonialibus, vt sunt non comedere carnes, orationes, statuta vigilia, & huiusmodi. & potest hoc probari per rationes statim factas, maximè per secundam & tertiam, quia magis tenetur abstinere a carnis Monachus qui profectus est regulam quemque prohibet eum vesci (scilicet carnis) quam secularis qui nihil tale promisit, sed si Papa absque villa ratione, sed pro mera voluntate præcipitet

fecit

seculari volenti abstinere propter Deum à carnibus, & orare, & vigilare, & ieunare quod nihil faceret horum ille non teneretur obediens: alioquin Papa posset pro voluntate sua abfc: quacunque ratione prohibere cuiuslibet seculari & omnibus simul, nō solum pro uno die, sed pro toto tempore, quod non faceret ea que sunt consilia & supererogationis, quod nullus sans mens diceret: ergo fortior ratione Monachus qui professus est reglam que prohibet eum vesci carnibus, & mandat seruare cetera regularia instituta, non teneretur obediens. Papa præcipiens quod comedat carnes, & quod transfringatur legi tima sui ordinis instituta, si constet quod hæc præcipiat ex sola voluntate abfc: vila causa necessitatibus vel utilitatibus: alioquin vno verbo posset Papa prohibere omnibus religiosis de mundo, quod nihil tenerent de obseruantis sua religionis, quod videtur valde inconveniens.

9. Tertia etiam ratio prius posita concludit dicta non solum de votis principalibus, sed etiam de aliis statutis regularibus, quia pertinent ad perfectionem vita, saltem secundario: & ideo prohibere obseruantiam eorum abfc: vila causa pertinet potius ad destructionem honorum mortuum, quam ad aedificationem, ad quod nō se extendit potestas data à Christo, sed potius ad oppositum: & ideo nō videtur quod in talibus sit obediendum Papæ, & si Monachus non tenetur in eisdem obediens. Abbati, sicut expressè dicit autoritas beati Bernar. prius allegata, in qua dicitur sic, nihil nisi Prelatus prohibeat eorum que promisi. Sic igitur patet quod Monachus non tenetur obediens cuicunque Papæ, vel Abbati præcipienti nisi sine vila causa necessitatibus, vel utilitatibus transgredivora sua, & legitima statuta sui ordinis, ad quæ seruanda se obligavit, qui portus quia sunt opera supererogationis, que Christus fecit, & pro eis seruandis subiecti se religiosus obediens Abbatis: ideo quodcumque illorum præcipiat ei Abbas seruare, tenetur obediens ei, etiam si Papa præcipiet oppositum, dum tamen confaret quod hoc faceret sine causa necessitatibus, vel utilitatibus, nec hoc est propter hoc quod Abbas habet maiorem potestatem super Monachum, quam Papa, aut quod autoritas Abbatis non dependat ab autoritate Papæ, sicut prius dictum est, sed quia Monachus obligatus est ad talia facienda, & quoad talia obediens, & præceptum Abbatis est iuxta tenorem sue obligationis, præceptum vero Papæ est discordans, immo totaliter contrarium obligationi, qui est de talibus, à quibus nullus sine causa prohiberi potest.

10. Vnde quod dixi alias in fine secundi libri sententiarum prima lectura, quod quantum ad talia potestas Abbatis in nullo dependet à potestate Papæ, non est intelligendum ratione potestatis huius & illius, quia constat quod una est in omnibus alteri subiecta, sed ratione materie, quæ talis est, quod Papæ vel cuicunque præcipienti contrarium abfc: causa & ratione si de hoc conseruit, licet est non obediens, & facere quod est supererrogatorium, maximè illi qui talia promisit. & huc sensum expressi satis ibidem dicendo sic, quod quantum ad talia potestas

Abbatis in nullo dependet à potestate Papæ: ita ut Papa possit pro voluntate sua præcipere ista non obseruari, nisi quando obseruatio talium præjudicaret bono communis, ad quod procurandum quilibet tenetur obediens Papa.

11. A D argumenta in oppositum dicendum quod obediens quæ promittitur alicui, aut præmititur ei, vt personæ singulari, aut vt personæ publicæ, quæ præfuit alicui legitimus collegio, prima promissio non transit in aliam personam: vnde qui præmisit Gulielmo se facturum aliquid pro eo, quando ille iusterit non tenetur ex tali promissione ad iussionem alterius simile facere. Secunda autem promissio quæ fit personæ publicæ, quæ præfuit alicui legitimus collegio obligat non solum quodam illum, sed quodam omnem superioriæ à quo potestas eius dependet: talis autem est obediens, quæ Monachus & quicunque religiosus proficiendo præmittit suo Prælato: & ideo obligat ipsum cuilibet superiori, & potissimum Papæ, à quo autoritas cuiuslibet legitimæ collegii dependet: propter quod Monachus tenetur obediens Papæ in omnibus, in quibus tenetur obediens Abbati: & in illis, in quibus procuraret utilitas vniuersalitatis Ecclesiæ, etiam si Abbas præcipiet oppositum: & per hoc pater responsio ad ytrungum argumentum.

12. AR G V M E N T U M autem quod est pro altera parte bene probat quod plus obediens debet Monachus Papæ quam Abbati, quia sicut tota autoritas proconfusis dependet ab autoritate imperatoris, ita tota autoritas Abbatis supra Monachum dependet ab autoritate Papæ, tamen si Papa iubeat aliquid quod sit contra iussionem aut concessionem Christi, cuius ipse est Vicarius, non est ei obediendum, sicut Aug. in illa autoritate subiungit dictum, si aliud iubeat imperator, aliud Deus, contemptu illi obediendum est Deo: & sic est si Papa sine vila causa prohibiter Monachum seruare quæ promisit. De Episcopo autem & Abbate non sic est sicut de Papa & Abbate, quia Abbas non subest Episcopo in omnibus, sed solum in illis in quibus subiecti eum Papa qui præfuit omnibus: & ideo in illis casibus in quibus Abbas est subiectus Episcopo, plus debet Monachus obediens Episcopo quam Abbatis in aliis autem nō, Deo autem est simpliciter obediendum in omnibus, quia ipsi subfunt omnia, & ab omnibus qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Finis questionum Magistri Durandi in secundam librum sententiarum.  
Deo sint gratiae.